ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: PS. DIONYSIUS AREOPAGITA. PS. ORIGENES. PS. EUSEBIUS CREMONENSIS. PS. AUGUSTINUS. PS. CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS. ANSELMUS CANTUARIENSIS. PS. ANASTASIUS SINAITA. HONORIUS AUGUSTODUNENSIS. ROBERTUS REMENSIS. THEOBALDUS DE SEXANNIA. HENRICUS DE LANGENSTEIN. IOHANNES MAGISTER. BONAVENTURA. IOHANNES DE FONTE. PETRUS LOMBARDUS. U.A.

6. Jahrzehnt 15. Jh. Seite 21v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36940
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



et in nouissimo die de terra
surrecturus sum. Et rursum circumdabor
pelle mea. Et in ista propria carne
videbo ipsum saluatorem quem vi-
surus sum ego iste qui nunc loquor
quem hunc nunc cernitis morientem
Et non certe alius loco mei. Et isti
proprii oculi mei quibus vos video
conspectum sunt.

Unde dilectissimi filii mei
Videte quomodo caute am-
buletis non quasi insipien-
tes sed ut sapientes. Nolite secundum
carnem ambulare quia si secundum car-
nem ambulabitis moriemini. Sed
spiritu ambulantes et facta carnis
mortificate. Nunc mecum cantate
exultate et psallite. Abicite
vestimenta luctus vel tristicie. Surgite
cinerem de capite vestro. Jubila-
te deo psalmum dicite nomini
eius. Date gloriam laudi eius.
Quoniam huc usque transiui per ignem
et aquam. Et ecce nunc inducor in
refrigerium. Introibo in domum
domini et reddam vota mea de
die in diem. O quantum lucrum mihi
est mori quam viuere meum de-
inceps xpus erit. Ecce terrestris
huius habitacionis domus dissol-
uitur ut alia succedat non manu
facta habitacio eternalis in celis.
Ecce quod mortali induto exuo ut
eterno induar. Huc usque peregri-
natus sum iam redeo ad patriam.
Ecce brauium capio per quo
in agone cucurri. Ecce portum
attingo quem tanto desideraui
desiderio. Ecce de tenebris ad lucem.

de periculo ad securitatem. de in-
opia ad diuicias. de prelio ad
victoriam. de tristicia ad gaudium
de seruitute ad dominium. de tempora-
li ad perpetuum. de fetore ad odorem
suauissimum uehor. In his cecus
sum et illuior. Ubique vulneratus
sum et sanor. hic semper contristatus
sum et ecce iam letificor. Vere
hic moriens et viuificor.

O vita mundi non vita
sed mors. vita fallax
et onusta tristiciis imbe-
cillis et umbratica. vita men-
dax. Nunc florens et statim vita
priuans. vita iners. vita fra-
gilis. vita momentanea et
caduca. Que quanto magis crescis
tanto magis decrescis. Cum plus
procedis plus ad mortem properas.
O vita plena laqueis quot in mun-
do illaqueas. quot pro te sustinent
tormenta infernalia. Quam
beatus qui tuas agnoscit fallacias.
Quam beatus qui tuis non
curat vanis blandiciis. Quam
beatissimus qui te bene priuatus
est. Melior negociacio eius
auro et argento primi et purissi-
mi fructus eius. O mors dulcis
et iocunda. Non certe mors que
vitam veram largiris que fugas
febres et vulnera et famem ex-
tinguis et sitim. O mors iustissima
pia bonis. malis aspera. humi-
lias superbum diuites et potentes
et exaltas humiles. Per te pau-
peres saciantur cum aurum pricis
Tu malis das supplicium